

- Post natum Dominum mundo fluxere tot anni:
 Mille quadringenti septuaginta duo,
 In feria festum sancti sexta ante Ioannis ¹
 Tunc Erfordensis igne locus patitur.
 5 Hostis erat causa — dubitant de nomine cives
 Eius, qui damna iusserit hec fieri.
 Cappatos sed habent, ut credo, carcere quinque,
 Corrupti precio talia qui facerent.
 Ergo succendunt diversis partibus urbem.
 10 Ascendit fumus, ignea tecta cadunt,
 Ecclesie pereunt maiores ²; denique cives
 Quid ³ facerent? perfida facta vident.
 Urbis pars melior cecidit quoque tertia ⁴ note,
 Et pereunt homines ignibus et pecudes.
 15 Hoc miserum! nulla dominis ⁵ habitacula durant,
 Ornant quo ⁶ collum vellere more suo.
 Sed melius fuerat incendia solvere tecta
 Horum, quam vulgus mortificaret eos ⁷.
 Tales quot velles canerem tibi carmine versus,
 20 Hinc mihi si fieret saculus ere gravis.

Mille quadringentis cum septuaginta duobus
 Fit ⁸ rebus miserum hominum genus; alme Ioannes,
 Dira dies Veneris solitos cur prevenit ignes,
 Vilibus ut crepitet ardens Erfordia tectis?
 5 Insidias dubitas ob quid sandifera ⁹ tellus?
 Cordibus hec fixa res est non parva, teneto,
 Sive tibi casu sit id ¹⁰, insidiis vel ab hoste,
 Heu! tua damna canam gens terre magna Thuringe.

Sepe solet filius similis esse patri,
 Et sequitur leviter filia matris iter.
 Sunt tria gaudia: pax, sapientia, copia rerum.
 Sunt tria tedia: lis et inedia, ars mulierum.

1) Freitag vor Joh. bapt. war im J. 1472 der 19. Juni. 2) Hier keine Interpunction in der Hs., aber 'maiores' gehört doch wohl zu 'ecclesie', nicht zu 'cives'. 3) Ein Wort von zwei Längen fehlt. 4) Ueberschrieben: 'scilicet secundum suam estimacionem'. 5) Den Stiftsherren von St. Marien, die auch im folgenden Gedicht v. 90 'domini' schlechthin heissen. Vgl. dort auch v. 103. 6) 'quoque' Hs. Zur Sache vgl. v. 80 des folgenden Gedichtes. 7) Denn das Volk war sehr erregt gegen die Geistlichkeit, weil die Stadt zur Zeit des Brandes mit dem Interdict belegt war, und man diesem Umstande das Unglück zuschrieb. Vgl. Stolle ed. Thiele S. 293f. 8) 'Sit' Hs., aber ich weiss nicht, ob nicht etwa stärkere Verderbnis stattgefunden hat. 9) Das mir unbekannte Wort ist doch wohl von 'sandix' abgeleitet und bedeutet vielleicht 'rothe Blumen tragend'. 10) Schepss setzte hier 'sive' ein, liess aber 'tibi' weg. Es ist zu verstehen: 'vel insidiis ab hoste [paratis]'.